



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 69. Josephus denuo sit Patriarcha.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

## §. LXIX.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1282.*Josephus denuo fit Patriarcha.*

Tum Imperator Andronicus per nuncium Patriarchæ Vecco suum de ipso decretum excusavit, id non contemptui ejus, sed necessitati tribuendum asserens. Nam offensus, inquiebat, inter multitudinem hominum denuo suscitata optimæ mentis viros abripit. Oportet autem initio regiminis mei sedare erumpentem procellam. Audio permultos viros spectabiles schismati suo Josephi recessum prætexere. Amicitiam tuam mihi tam persuasam habeo, ut solium mihi meum firmandi gratia non dignitatem modo tuam, sed vitam poneret: & licet alius tuum occupet locum, non minus te colam & amabo. Hæc Andronicus Vecco per Archidiaconum Meliteniotes dicitur curavit.

Joannes Veccus erat vir integer, ac muneris pertæsus sui, ut sæpe verbis factisque suis docebat: immo sperabat Josephi reditum boni aliquid effecturum. Idcirco postridie, natalem Christi nempe 26 Dec. 1282 in monasterium sanctissimæ *Sine Labe* Virginis se contulit stipatus præscio, quod ab Imperatore poposcerat, ut securus esset ab injuriis, quas de Clero aliquis ipsi facere posset; reapse

*Histor. Eccles. Tom. XXII.* L. vero,

c. 4.

Sæcul. XIII. vero, ne Deus ipsi stationem ignaviter des-  
 A.C. 1283. sertam exprobraret.

6. 5.

vnot. Poffini  
 p. 517.

Trigesimo primo Decembris sub ve-  
 sperum Josephus spiritum ægre ducentem  
 in lectica ad patriarchale palatium por-  
 tabatur comitante utrimque magno nu-  
 mero reditum sibi suum gratulantium in-  
 ter cantus plaususque manuum ac æri  
 campani sonos ex turre templi primarii.  
 Postero mane Clerus more suo ad can-  
 tandum officium venit, etsi nullum ejus  
 signum fuisset editum. Sed templum  
 occlusum videntes Clerici ingressum ejus  
 vetitum esse audiebant. Persistentes ta-  
 men foris celebrabant officium: tam  
 lenni enim die Cerat primus anni 1283  
 id sibi haud omittendum ducebant. De-  
 nique suas abiire domos, quid hanc in-  
 hibitionem sequeretur, expectantes.

§. LXX

*Schismaticorum ratio agendi.*

Altero die 2 Jan. fiebant ceremoniæ ad  
 reconciliandum templum primarium  
 spectantes: aspergebantur aqua lustrali  
 porticus exteriores ac vestibuli, suggestæ  
 & columnæ, atque intra ædem sacræ  
 imagines, quas Schismatici profanatas  
 credebant. Cæcus Galaction utrumque  
 latus permeabat aquam lustralem spar-  
 gens.